


Johann Quistorp

**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theologicae  
Facultatis Senior, Ad Exequias Quas Coniugi suae suavissimae, Moestißimus  
maritus Dn. Carolus a Rating/ Civis praecipuus, Ad hodiernam mediam primam in  
templo Mariano Paratas cupit, Omnes Academiae cives amanter invitat**

Rostochii: Kilius, 1645

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn777444747>


Druck Freier  Zugang



Qvistorp, J.,  
in C. Fidler,  
uxor. C. Rating.

Rostock. 1645.
















79  
RECTOR  
Universitatis Rostochiensis  
JOHANNES QVISTOR-  
PIUS, D. & Theologicæ Facul-  
tatis Senior,

Ad Exequias

Quas

Conjugi suæ suavissimæ

*Mæstissimus maritus*

DN. CAROLUS

à RAZING/

Civis præcipuus,

Ad hodiernam mediam primam in  
templo Mariano

*Paratas cepit,*

Omnes Academiae cives amanter

invitat.

✠ (o) ✠



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiæ Typographi,

Anno M. DC. XLV.











## RECTOR

*Universitatis Rostochiensis*

JOHANNES QVISTORPIUS,

Doctor & Th. Facult. Senior.



Misit Dn. CAROLUS  
à ~~MAZNO~~ / suavissimam  
conjugem; quam ipsi grave  
hoc vulnus fit, quod tertia  
vice in conjugialis vitæ con-  
sortibus, mortis falce reso-  
ctis, experitur, nemo inficiabitur, nisi qui pla-  
né hominem exuit. Canis amissum Domi-  
num luet, nec fera ulla adeo fera est, quæ  
non ingemat, si foetum ex se editum necari  
cernat. Et ipse non doleret, tot earorum  
capitum funera? adauget dolorem, quod  
ante menses non adeo multos, socerum,  
quem in oculis & animo gerebat, virum plu-  
rimum Reverendum & Clarissimum Dn.  
CONSTANTINUM FIDLERUM Super-  
intendentem apud nos vigilantissimum & so-  
crum ad sepulturam efferi vidit. Vix cicat-  
ricem obduxerat vulnus hoc, & à nova plaga  
E 2                      resfrica-



refrigatur. Pondus addunt huic dolori acer-  
bissimo, liberi ex duobus conjugibus super-  
stites octo, quos matribus orbos, tenellos, &  
se regere ignaros, tamquam agnellos pasto-  
re suo privatos, lamentantes & palantes ob-  
errare cernit. Instar undæ trudentis undam,  
luctus luctum excipit, ac vulnus insequens  
præcedenti vix tempus ad coalescendum re-  
linquit, quodq; jam cicatricem ducere inci-  
piebat, nova ad vivum plaga recrudescit.  
Niobe, ut est in profana fabula, ad ipsa ante  
oculos bis septem liberorum funera obrigit,  
& plane lapis facta, doloris sui monumen-  
tum marmoreum reliquit. Non est nobis,  
Carole amicissime ferrum & æs triplex circa  
pectus, ut quæ te premunt urgentq; non ad-  
vertamus, & ad animum admittamus. At nec  
hic despondendus est animus, Ejus tibi hæc  
voluntate obvenerunt omnia, qui non nisi  
bona velle potest, & cui obluctari nefas est. Jo-  
bum respice, cujus sacra historia nuntiorum  
tristissimos casus, inde alium semper atq; aliū  
referentiū celeritates, refert. Quos ille ita tu-  
lit, ut non ad lapidem, quo percussus erat, ve-  
rum ad percutientem respiceret, ille in Spiri-  
tus Sancti ludo doctus, Tibi Carole & nobis  
omni-

Quædam



omnibus sui exemplum salutare ad omnem  
posteritatem reliquit. Cum hoc ingemina:  
Dominus dedit, Dominus abstulit, sit nomen  
Domini benedictum.

Genus ut hoc consuetudinidem, vidui  
mœstissimi conjux desideratissima CATHA-  
RINA FIDLERIA duxit à parentibus &  
majoribus laudatissimis, PATRE VIRO Nobili,  
plurimum Reverendo & Clarissimo Dno.  
CONSTANTII FIDLERO Super-  
intendente hujus urbis industrio, & MATRE  
MARGARETHA WESTPHALIA fœ-  
mina pia & modestissima, hic Rostochij An-  
no millesimo sexcentesimo, decimo sexto  
Decembris nata est, à quibus pietatis initia  
imbibit, & quæ infans admodum discere cœ-  
pit, per omnem vitam sedulo auxit. Avus ipsi  
paternus fuit VALERIUS FIDLERUS  
Medicinæ Doctor, quondam Ducis Borussiae  
archiater, & filij Ducis ALBERTI FRIDERICI  
Consiliarius. Avus Maternus Vir Admodum  
Reverendus & Clarissimus M. JOACHIMUS  
WESTPHALUS, templi Jacobæi Pastor  
& Reverendi apud nos ministerij Superin-  
tendens. Aviam paternam habuit GER-  
TRUD HERMGAARD / ex præclara  
E 3 in Bo-



in Borussia familia ortam, matronam & piens-  
tissimam, & muliebrium virtutum decore in  
signem foeminam. Avia maternæ erat CA-  
THARINA BANSOVIA à pietate & virtu-  
tibus, quæ foemineum sexum decent, com-  
mendanda matrona Parentibus his & mayo-  
ribus nata emortua, id ab infantia operam  
dedit, ut & ipsa niteret proprio pietatis, pu-  
dicitæ, & modestiæ decore; quo cum orna-  
tum conspiceret Dn.

**AL von XA T Z N**  
**GEN** / Civis & œnopola præcipuus, ejus  
ambijt nuptias, & Anno 1639. Julij die decimo  
eam domum duxit conjugem. Fuit illa ipsi  
rei familiaris inspectrix & moderatrix sedu-  
la, cui ipse plurimis implicitus negotijs, do-  
mum, liberos, familiam, res omnes commi-  
sit, & tuto committere potuit. Experiebantur  
illam ex secundo conjugio relictæ liberi  
quinq;, non novercam sed matrem, quos illa  
non minus dilexit, & pie eduxit, ac si ex se na-  
ri essent, & qui singultu ac lachrymis ereptam  
lugent. Vidit Maritus ex se hâcq; emor-  
tuâ filias tres, MARGARETAM, CATHA-  
RINAM, BARBARAM, filium ADOL-  
PHUM CAROLUM natum, Ex quibus  
MARGARETA humanis rebus exempta,  
ad



ad cœlestia Matrem præcessit. Ante septi-  
manas uas die 21. Januarij Macariten hanc  
nostram febris inuasit ardentissima: quam  
medicorum cura diligentissima expugnare  
non potuit. Ipsa, ut per omnem vitam præ-  
cibus fuit addictissima, ita morbi tempore,  
non solum dies, sed & noctes, quas magnam  
partem insomnes duxit, precibus impendit,  
nec his vel recitandis, vel præeuntibus alijs  
repetendis satiari potuit. Nunc has, nunc il-  
las ex literis sacris sententias, quibus huma-  
næ hujus vitæ miseræ exponuntur, & quæ  
post hanc vitam cœli pios manent gaudia,  
denunciantur, referebat. His tædium & ve-  
hementiam morbi superabat, his in spem vi-  
tæ melioris se erigebat. Adjunxit precibus  
sacræ cœnæ usum die 28 Januarij, inde se po-  
sita omni de rebus humanis cura, totam se  
ad beatam emigrationem composuit, quam  
& Ætatis anno vigesimo nono & sex septima-  
nis superatis, primo Februarij, paulo ante  
sextam vespertinam præsentibus amicis & vi-  
cinis, morituræ adstantibus, impetravit. Be-  
ne tibi est CATHARINA FIDLERIA,  
turbis & difficultatibus, quibus nos premi-  
mur, exempta, uac humana despicias. Tu mœ-  
stissime



stissime marite, vos liberi relictī, Deū autem  
rem & defensorem vestrum respiciat, Ille  
vestri curam aget.

Nos Academiae Cives, ut, quantum in nobis  
est, dolorem hunc, quem viduus & orpha-  
ni, ex discessu Emortuae perceperunt, mol-  
liamus, frequentes ibimus exequias. Quod  
non exile mœstissimi doloris sui lenimen-  
tum censebunt. Idq; ut ab omnibus & sin-  
gulis ad mediam primam hodiernam in tem-  
plo Mariano fiat, amice & sedulo hortor.

P. P. Rostochij 6. Februarij,


Anno 1645.






















ad coelestia Matrem praecessi-  
manas uas die 21. Januarij  
nostram febris inuasit arden-  
medicorum cura diligentiss-  
non potuit Ipsa, ut per on-  
cibus fuit addictissima, ita  
non solum dies, sed & nocte  
partem insomnes duxit, pre-  
nec his vel recitandis, vel  
reperendis satiari potuit. Ne-  
las ex literis sacris sententia-  
nae hujus vitae miseriae expo-  
post hanc vitam caeli pios  
denunciantur, referebat. In-  
hementiam morbi superaba-  
tae melioris se erigebat. A  
sacrae coenae usum die 28 Jan-  
sita omni de rebus humanis  
ad beatam emigrationem co-  
& Aetatis anno vigesimo non-  
nis superatis, primo Febr-  
sextam vespertinam praesen-  
cinis, moriturae adstantibus  
ne tibi est CATHARIN  
turbis & difficultatibus, qu-  
mur, exempta, nae humana



septi-  
hanc  
quam.  
gnare  
m pre-  
pore,  
agnam  
endit,  
us alijs  
unc il-  
huma-  
& quæ  
audia,  
n & ve-  
nem vi-  
ecibus  
e se po-  
tam se  
quam.  
eptima-  
lo ante  
cis & vi-  
it. Be-  
ERIA,  
premi-  
Tu mee-  
stissime